praeses; Quid enim mali fecit? At illi magis clamabant di
centes crucifigatur; Videns autem pilatus quia nihil pro
ficer& sed magis tumultus fier&. accepta aqua lauit manus
coram populo dicens; Innocens ego sum a sanguine iusti huius
uos uideritis; & respondens uniuersus populus dixit; Sanguis
eius super nos & super filios nostros; Tunc dimisit illis bar
abban. ihm autem flagellatum tradidit eis ut crucifigeretur;
Tunc milites praesidis suscipi
entes ihm in praetorio congregauerunt ad eum uniuersa
cohortem; & exuentes eum clamidem coccineam circum
dederunt ei; & plectentes coronam de spinis posuerunt sup
caput eius & harundinem in dextera eius. & genuflexo
ante eum inludebant dicentes; Aue rex iudaeorum;
Et expuentes in eum acceperunt harundinem & percutie
bant caput eius; Et postquam inluserunt ei exuerunt eu
clamide & induerunt eum uestimenta eius & duxerunt eu
ut crucifigerent; Exeuntes autem inuenerunt hominem
cyreneum uenientem obuiam sibi nomine simonem; hunc
angariauerunt ut tolleret crucem eius. Et uenerunt in
locum qui dicitur golgotha quod e caluariae locus
Et dederunt ei uinum bibere cum felle mixtum; & cum
gustass& noluit bibere; Postquam autem crucifixe
runt eum diuiserunt uestimenta eius sortem mittentes.
& sedentes seruabant eum; Et inposuerunt super caput
eius causam ipsius scriptam hic est ihs rex iudaeoru
Tunc crucifixi sunt cum eo duo latrones unus a dextris &
unus a sinistris; Praetereuntes autem blasphemabant
eum mouentes capita sua & dicentes; Vah qui distruit
templum di & in triduo illud reaedificat salua temet
ipsum si filius di es descende de cruce; Similiter & prin